



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm


Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 43. De extremo die Iudicij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

pe scandalizet te. id est, à Deo te trahit ab-
scinde eum & projice abste, Conclude so-
lum ultimum ex his tribus velle sanari, &
eundem affectum tu indue &c.



Mat. 25. MEDITATIO XLIII.
DE EXTREMO DIE

IUDICII.

I. Dixit Iesus discipulis: cum venerit fi-
lius hominis in maiestate sua cum
Angelis, venient omnes gentes, & se-
parabit eos, &c.

II. Stantibus ad dextram dicet: venite
benedicti; possidete regnum. Esurui
& dedistis (in pauperibus) cibum.

III. Stantibus à sinistris dicet: Ite maledi-
cti in igne aeternum. Esurui & nō de-
distis &c. ibū hi in suppliciū aeternū.

*Isa. 2. 10**& 19.**Isa. 26.**21.**Dan. 7.**9. & 14.*

PROPHETIAE.

I N gredere in petram, & abscondere à facie
timoris Domini, & à gloria maiestatis ei⁹.

Dominus egredietur &c. terra reuelabit

sanguinem &c.

A spiciebam, Throni positi sunt.

DOCUMENTA.

I. V ENIT filius hominis cum Maiestate.
Hanc maiestatem meruit Christus cum
potestate iudicandi, tum per Incarnationem
Quam, (Ioan. 5. quia filius hominis est) tum

MEDITATIONVM.

per passionem, postquā dicebat *Matt. 28.*
Data est mihi omnis potestas &c. sicut &
ipsis Iudeis, nocte passionis dixerat, *Matth. 26.*
Videbitis filium hominis venientem in nu-
bibus cœli. ut in omnibus laboribus ac re-
bus aduersis spe illius gloriae ac retributionis
te ipsum excites.

2. *Cum Angelis Dei* Illi erunt præcipui
administri Christi propter electos, ferentes
crownem Christi, tuba canentes, & cineres ad
resurrectionem, quæ subito fiet, colligentes,
ut ones boni, & mali, in vallem Iosaphat
conueniant sis semper memor illius diei cū S.
Hieronymo, qui semper putabat se audire vo-
cē clāgētis: *Surgite mortui; venite ad iudicium.*
3. Separabit oves ab hoedis: Iustorum cor-
pora erunt tunc pulcherrima, & quatuor do-
tilles corporis gloriose donata, adeo ut per a-
gilitatem, tanquam oves per aerem Christo ac
Sanctis Angelis occursuri sint. Sicut ē contra-
rio, corpora impiorum erunt fœda, & in terra,
eui nimium adhæserunt, detenta, ut discas cor-
pus tuum iejunijs, cilicijs, di. ciplinis affligere,
quo magis tunc fulgeat; animum vero à terre-
nis abstractione ut iam conuersatio tua in cœlis sit;
sed multo magis abstrahere te à peccatis, quæ to-
tu mundo summo cum pudore, & ignominia
patebunt; quia tunc aperientur LIBRI con-
scientiae, in quibus continentur peccata
scripta Hierem. septimō, super latitudinem
cordis. Ni si forte illa peccata, vera pœni-
tentia & sincera confessione deleta fuerint;
ut discas hic & peccata vitare, &, si ex fragili-
tate incideris, eadem quam primū pœnitētia
& cōfessione abolere: quia hic pudor, ex pecca-
tia ortus, erit grauissima impiis pœna, maximē
hypocritarum.

hypocritis, qui boni putabantur, cum essent intus & in eute nequam atq; impij.

4. *Venite benedicti, possidete regnum.*
In multis apparet infinita bonitas. 1. dat regnum iustis quasi hereditatem filiis. 2. illis ab aeterno parauit. 3. datum pro re minima v. c. visitatione xgri &c. 4. opera misericordiae dicit sibi ipsi facta. 5. minimum quemq; ex pauperibus vocat fratrem. Ut humilitatem discas, & opera misericordiae exerceas (quae tunc tanti fient) quamuis alia etiam opera examinanda & remuneranda sint; sed hec & magni fiunt, & misericordiam merentur.

5. Malis dicet: *discidite maledicti: quia vox Dei efficax est :: ut in prima rerum creatione apparuit: hic erit fons perpetuus miseris in impiis, qui maiestate Christi iudicis, tanto pudore, coram toto mundo afficietur ut optarent potius, esse statim in inferno, montibusque dicturi sint. Cadite super nos, & collibus operite nos.*

6. *In ignem aeternum: grauissima erit poena, ut quotidie in nostro videmus & experimur, qui tamen est velut ignis pictus ad viuum comparatus, ut discas hic cum Sanctis pati, ut ignem inferni euadas, qui intolerabilis est, praeципue AETERNVS, DVRANS IN SÆCVLA SÆCVLORVM.*

F I N I S.

MOR-